PETRUS LOMBARDUS

Klosterneuburg, Anfang 13. Jh.

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1141
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

natione & de passione. & de ecclesia genitura. & de resurrectione eiusdem. Ut fere fuit. & ideo dicit liber solloquiorum. Sicut autem prophetia diuersis fit modis. ita & secundum diuersa tempora. Est enim prophetia alia de presenti. alia de preterito. alia de futuro. de presenti ut elisabeth. Unde hoc mihi. ut mater domini mei veniat ad me. de preterito. ut moyses. In principio creauit deus celum & terram. De futuro. ut ecce virgo concipiet & c. & fit prophetia per bonos. ut per ysaiam. ieremiam & alios. & per malos ut per balaam. & cayphan & alios. Item prophetia alia est secundum presentiam. quam necesse omnibus modis impleri. etiam secundum tenorem verborum. ut ecce virgo concipiet. Alia secundum comminationem. ut adhuc dies quinque & ninive subuertetur. que non secundum verborum superficiem. sed tacite intelligentiam significatione impletur. Sequitur prophete. per excellentiam cui dicitur prophetia. sine adiectione proprii nominis. intelligitur dauid ut cui dicit apostolus intelligitur paulus. & urbs roma. sed hoc dicit contra quosdam qui dicerent plures fuisse psalmorum doctores. uel auctores. eo quod nomina eorum titulis haberentur. ut asaph. eman. & ethan. idcirco. quod per mysteriorum significationem que ex interpretationibus nominum perpetrata factum esse in libro ostendemus. Non quia illi auctores psalmorum fuerint. sed posito nomine rationem seruit mysteriorum de xpo. ecce de quo agunt solloquia de xpo toto. id est capite & corpore. Materia itaque huius libri est totus xpus. scilicet sponsus & sponsa. Initium. omnes in adam deformatos. xpo nouo homini conformare. Modus tractandi talis est. Quandoque agit de xpo secundum caput. aliquando secundum corpus. aliquando secundum utrumque. De xpo agit secundum caput tribus modis. quandoque secundum diuinitatem. ut tecum principium. aliquando secundum humanitatem ut ego dormiui & somnum cepi. Aliquando per transumptionem. ut quando uerba uoce membrorum. sicut ibi. Longe a salute mea. & ecta. & ibi. Tu scis insipientiam meam & cet. Item de ecclesia. tribus modis aliquando secundum perfectos. aliquando secundum imperfectos. Interdum secundum malos qui sunt in ecclesia corpore non mente. nomine non numine. De ordine quoque psalmorum qui a serie historie discordant. queri solet. quare scilicet non sunt eo ordine dispositi. quo compositi. quod non ex eo liquet. Cum historia de qua agitur. in misericordia mea dominus processerit illud de quo agitur. in domino quod multiplicatus sum. & Benedictus dominus deus meus qui doceat manus meas ad prelium. ante ambos predictos psalmos editus fuerit. ad quod dicitur. quia & si in quibusdam poterit reddi ratio ordinis. non tamen in omnibus. neque tamen sine ratione ita dispositi sunt. Hesdras namque propheta. qui psalterium & totam bibliothecam a babilonis combustam instinctu spiritus sancti reformauit. eodem spiritu reuelante psalmos ita disposuit. ut eisdemque titulos apposuit. qui sunt quasi claues psalmorum. Sicut enim per clauem intratur in domum. ita per congruas titulorum expositiones subditorum. clarescit intelligentia psalmorum. Hec autem circa totum librum aduertenda sunt.

Preter hec autem in singulis psalmis quedam psalmia considerandum sunt. De primo itaque psalmo uidetur. ubi considerandum est quare ei titulus non apponitur sicut aliis. quis sit ei materia. que intencio. quis modus tractandi. Huic primo psalmo ideo titulus non apponitur. quia psalmus iste principium est & psalterio. & caput libri. sicut insequentia dicunt. Incipit liber septimus est de me. & agit de illo qui est omnium principium. i. de xpo illo. qui non habet principium. Ideo itaque titulo carere. ne titulus perscriptorum libri caput. i. initium uideretur. Et etiam ideo. quia iste psalmus quasi prologus est & titulus sequentis operis. continet enim summam & mirum totius libri. Materia autem huius est cadem. que & totius libri. scilicet xpus integer. similiter intencio. Modus autem tractandi talis est. Bipartitus est psalmus. Primo agit de beato uiro. per beatitudinem nos blandiens. Secundo agit de ultionibus

Reth. Cem. 1. Cor. 1. Cor.

Quidam psalmi late & diffuse agunt de passione xpi. quorum primus est. hic de mysterio resurrectionis. Secundus est iudicia domine noli arguere. Quindecim de ascensione. in quo de spe. Qui habitat in adiutorio altissimi. Salum me fac.

Finis litteralis psalmorum. v. modi accipiuntur. aliquando a. aliquando plenitudinem. aliquando nouum testamentum. aliquando passionem. aliquando resurrectionem sicut.